Cum in aere tuo iam pridem sim, Vir nobilissime, nec sit, unde satisfaciam, agam, quod illi, quorum mala sunt nomina, et debitum augebo. Est mihi socer, ¹qui Scabinatum aliasque dignitates in Middelburgensi Rep. per viginti iam annos magna cum fide, omnium iudicio, gessit. Vacat in eâ, Marco de la Palma, optimè merito sene, nuper pluribus addito, consulatus. In cuius locum quo substitui socer meus possit, inter alios nominatus est. Heros Knuitius, qui non malè ei cupit, et iam Hagae est, sua apud Celsissimum Principem gratia plurimum in eo negotio potest. Apud hunc si commendationis tuae auctoritate socerum meum iuvare, obstringes tibi optimi senis virtutes, meque incomparabili beneficio, si magis obstringi possim, magis tibi obligabis. Sed ante omnia rogo, ut audaciae meae ignoscas. Vale, Vir nobilissime, et publico ac nostro privatim bono diutissime vive. Lugd. Bat. CIƆIƆCXLI, Aprilis IX.

¹ Petrus Duvelarius,

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Nobilissimo nomini tuo

Addictissimus

Marcus Zuerius Boxhornius.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Boxhorn) 4
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2688

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Boxhorn) 4
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2688

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Boxhorn) 4
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2688

Mijn Heere,
d'Heere Constantijn Huijgens,
Ridder, Heere van Zuijlichem,
Raad ende Secretaris van sijne
Hoogh.

S'Gravenhage.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Boxhorn) 4
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2688